





I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII  
XIII  
XIV  
XV  
XVI  
XVII



45. XLVI.

CARMINA GRATVLATORIA

AD

*Præstantiss. & doctiss. virum*

Dn. DAVIDEM WEN-

NEMEYERUM ASCANIEN-

SEM, CVM IN ILLVSTRI ET

CELEBERRIMA SERENISS. ELECT.

PALATINI AD NICRVN

ACADEMIA

summos in U. J. titulos & honores  
consequeretur,

*Idibus Novembris, Anno 1604.*

Scripta à popularibus.



HEIDELBERGAE,

E Typographeio Iohannis Lancelloti.

46.

4. VII.

CAROLINA GRATULATORIA

N. 2

Präsident. C. G. G. G.

M. DAVIDEM WEN

MEMBERIUM ASSOCIATION

SEM. CVM IN ILLESTRIT ET

RECTORIBUS SENATIBUS

RECTORIBUS SENATIBUS

ACADEMIA

In honore H. J. Nicolai & honoris

liber. Venerabilis Anno 1804

Sequitur postulatione

ALICE COOPER

Typographia...





## Oda.

FAVETE LINGVIS! *semper erunt meo*  
*Novembris fœdus carmine nobiles:*  
*Cum gaudiis dudum cupitis*  
*Ritè mihi licuit frui sci:*  
*Vt Myrtili et in mœnibus in sacris*  
 COR illud almae Pallados, inclytus  
*Antistes Astræ, leporum*  
*NEBELIVS pater elegantum,*  
*Maectaret altae laudis adorea*  
*Te, docte David: non sine calculo*  
*Suffragiorum luculento*  
*Conspicui Themidis Senatùs.*  
*Hæc sunt bonarum præmia frontium,*  
*Hæc sunt laborum munera fortium:*  
*Quæ sponte cultores fideles*  
*Passibus assiduis sequuntur,*  
*Vivacioris quos vigor ingeni*  
*Dudum labori consecrat improbo:*

A a

Nec

4

Nec luce partes integellas  
Demere de solida verentur;  
Quin ad statutum pergere tramitem  
Pergant, & Albo furis amabili  
Nomenq; virtutemq; veram,  
Insinuent vigili labore.  
O quàm decorum est, artibus imbui,  
Rudisq; vulgi catibus eximi!  
Qui, glaucomam quò pellat, ipsas  
Naviget Anticyras oportet.  
Ars nostra cælo nomina transvehit  
Et mortis atra legibus eripit:  
Nec corpus & nomen sepulchro  
Obruta deliteant in uno.  
Ars à susurro libera livido  
Intaminatis fulget honoribus:  
Ars clarat omnes, atq; vilem  
Transit humum potiore nisu.  
Hunc ergo letus candidulo diem  
Signa lapillo: dum tibi laurea,  
Amice, confertur Themistos,  
Digna tuis animis & ausis.  
Te servet oro cunctipotens Herus,  
Cæptumq; dextrâ sospite sospitet,

Ne

Ne condecenti fortè turbans  
Mens sine legeruat malignè.  
Imò Jehovâ dante tibi cadant  
Felice cursu, quæ modò suscipis,  
Et sortiantur cuncta sinem  
Pectoris ex adytis petitum.  
Quod restat, oro, quæ tibi munera  
Mitto, benigna fronte cape sesto:  
Et comproba bonus, boniq;  
Consule signa animi fidelis.

Tob. Hervvigijs, Servestâ-Anhaltinus  
P. C.

---

A L I V D.

QVI superare cupit Parnassi culmina celsi,  
Præmia virtutum trutinâ pendentia cuiq;  
Iustâ, qui que cupit transacti posse laboris  
Esse memor, læto proventu ritè beatus:  
Huic animo veniet firmo toleranda laboris  
Durities; stadio celeri pede currat in arcto,  
Anfractus variæ vitæ que libidinis omnes,  
Adversis lætus ventis, trepidus que secundis.  
O ter & ulterius felix, ô prospera fata  
Hoc genuere Caput, cui tales vincere casus,

A 3

Cui

6  
Cui virtus stadium dedit hoc excurrere durū!  
Huic honor, huic decus est, huic gloria, fama,  
triumphus,

Quid? Quod idem Lauri diademate cingit  
Apollo?

Contigit ecce tibi, David, sudore laboris  
Hic finis, celso quia celsi vertice montis  
Despicias inferiūs lætā jam mente procellas.  
Ergō tuis dabitur meritis mercedis abundē.  
En etenim Musæ properant apponere laudes  
Magnas ingenti studio Zeloq; petitas.  
Sume tibi summis gradibus summa ista talēti  
Pondera quæsi: Magnorum quippe laborū  
Præmia magna decet statui, sic postulat ordo.  
Turba Novenarum tibi plaudit, plaudit & o-  
mnis

Consultū cœtus, Io Io Nicri accinit unda!  
Patria miratur, gaudetque Ascania dives,  
Gaudia mille tuo mentem penetrare parenti  
Certū est, tam docto Christi fidoq; ministro.  
Eloquar an sileam? Quæ cepi gaudia mente  
In tria prorumpūt verba hos claudētia versus:  
Sic optata tuo semper fortuna labori,  
Sic faveant puppi portus, ventiq; secundi,  
Hactenus ut fueras cunctis feliciter usus.

*Gallus Trolmerus B.*

*Anhaltinus F.*

ALIVD.



## A L I V D.

**F**ortia facta canant alii, fœtosque triumphis  
 Heroas; quorumque truci sacra nomina Marti,  
 Seu Rullos, seu Scipiadas forteisve Metellos:  
 Aut quib. adversos hosti defigere nervos  
 Est animus: fas esto aliis, redimire corymbis  
 Timpora clara ducum famamq. extendere versu.  
 Mens aliud suadet, nostrisq. haud abnuvit ausis  
 Phœbus, quò tecum latos, doctissime DAVID,  
 Ingeminem plausus, exantlatosq. labores  
 Mæoniis coner chartis proferre paratus.  
 Nam quæ te pietas, quæ te fortuna, fidesque  
 Toverit, aut quanto sinuosa volumina Iuris  
 Iudicio, quanto Leges sudore fragosas  
 Texueris, scopulis dubiorum ereptus ab arctis:  
 Testis erit, quemcunque vides: Testabitur illud  
 Nobile Sorabum studium famâq. lycæum,  
 Quod primum Themidi Genioq. dicare probato  
 Hospitium visum fuerat: Testantur & ipsum  
 Leucorea suggesta schola, quæ sepe petebas  
 Doctus, & abstersâ legum rubigine, verus  
 Inde tibi sensus patuit: Quid scilicet ipsa  
 Rostra probent, ususq. velit patritus & aula.  
 Testis & his FORSTERIADES, fax incluta Pindi  
 Cui, quoties leges detorta que jura referret,  
 Aures cura tibi vigilans præbere politas  
 Quò non laudis amor penetras, studiumq. videndi?  
 Te nec cura, labor, nec in hospita caucasa terrent.  
 Scilicet hoc percussus (agris orâq. relictâ  
 Saxonis, & faustis spicis Hermoque Toringis.)  
 Molemque & montes Cattum transcendis anhelos.  
 Tandem ita Martis adispyrgum, quem rara Themistos

8

*Gloria VULTEIVS famâ super aethera notum  
Reddit, & Arctoo GEDDAEVS cognitus orbi.*

*Horum ubi per multos à voce pependerit annos:  
En te clara vocat Myrtis, te clara virorum  
Fama rapit Cattis: seu clari clara NEBELI  
Siue sit HOFFMANNI, quorum nomenq; decusq;  
Aurea perpetua decorabit adorea laudis,  
Cynthia dum radiis Phæbe persparserit orbem.  
O sacer! ô felix operum, ceptique laboris  
WENDMEIERE dies! quo primum vectus adoras  
Nec caridum, quo te simul ipsum exceperit ipsa  
Iusticia consulta Themis, Peithusque, ministrans,  
Hospitio, lingua moderamina, munera fandi.*

*Heu! quoties, quoties te pulpita docta terentem,  
Excussus legum nodis, variis que remotis  
Glossarum latebris, vidit Pataræus Apollo,  
Obstupuit primo aspectu: Dehinc talia fatur.*

*Quanam, te juvenum! qua te carissime Nate,  
Thespiadum, aut quis amor ferre & superare coegit  
Tot mala, tot cursus, per & in via & avia syrtis,  
Tot curas, tot & insomnes perducere nocteis.  
Hos tibi ne frustra sumtos crede esse labores,  
Cum iam parta quies: neque enim Iovenata recusat  
Tempora vinciturus quin sis parnaßide Lauru,  
Lauru quam Virtus, non grata pecunia donat.*

*Vix effatus erat Clarius, rata vota fidesque  
Facta, nec in vanas abierunt fracta procellas.  
Rumor it, & totam sermonibus occupat urbem,  
Irrumpens animos iuvenum, affulsisse ferentem  
Præmia digna suis lucem cultoribus, ipsa  
Os humerosque Deo simili, properante trophæa  
Distribuenda Themis dignis & iura professis.*

*Huic quis non merito te censu inferre paratum,*

*Appro-*

9

Approbet, in cathedram famâ dum scandis arvitam,  
Delatos referens titulos in utroque supremos  
Iure, nec immeritò Tyrios de more colores  
Pilleoli: Qualis, quâ quondam tempora in ostro  
Punico Aronis cinctâ & de vincâ Tiara.  
En tibi summus honor decernitur, en quoque virgo  
Inviolata Themis tibi desponsata, Fidesq;  
Vertice sub claro Iuris, pro more vetusta  
Sceptra Academia, fascesque gerente Senatus  
NEBELIO: aeternum cuius meminisse iuvabit.  
Atque ita speratâ lauru votisq; potitus:  
Omnia felici cursu faustoque feruntur  
Omine: Tota tuis Academia surgit honorum  
Auspiciis, ludisq; vias plausuque frementes  
Conspicio, ingeminant plausum notique propinquire  
Et queis curat ui. Quin, quantum pampinus ulmo  
Gaudet, & Idalio rosa Campo, lilia prato,  
Botrus Aminæo nemore, alnus amaracus horto:  
Tantum etiam te rostra forum, Respublica tantum  
Te colet, & multis doctorem adhibebit amatum  
Dicere iura viris, trutinâq; expendere causas.  
Heu quantâ pariter venerandum etate parentem,  
Praeconem IOVAE fidum, fidumq; ministrum,  
Leticia exhilaras: Huic firma columna senectæ  
Solutus eris; Quantum matri Solamen haberis;  
Tanta nec Euterpe, lyra nec Berecynthia tanta  
Gaudia protulerit, quamvis cantaret Iopas,  
Aut iteraret avis Pandione nata querelas.  
Quòrapior, fusum nodasq; solvere lina  
Tempus adest. finemque mihi tua facta canendi  
Melpomene statuit: Nihil est transcurrere metam.  
Salve igitur legum Doctor clarissime, Salve,  
Atque via & vita felicibus utere velis,

A S

Quo

*Quo cursum usq; tibi faustum dabit Atropos ævi.  
 I decus Astræa, patriosque revise penates  
 Providus: Utq; schola, Respublica, rostra, forumq;  
 Te per in orbe, stude, Christo duce & auspice Christo,  
 Exurgant patrio, Sic olim vivida virtus,  
 Sic tua pervenient ad seros fata nepotes.*

Cyriacus Herdesianus Bernb.  
 Anhalt.

---

*A L I V D.*

**V**irtus alma parens, colenda virtus;  
 Veræ exactior eruditiorque  
 Artis copia, conditur tenebris,  
 Obscuris latet involuta fibris,  
 Radicesque agit improbo labore  
 Rimandas. Etenim I E H O V A noster,  
 Cùm non desidias, nec otia ulli  
 Luxu marcida, nec soporem inertem  
 Permittens hominum, labore quodvis,  
 Pro lapsi generis (malam) ruinâ,  
 Quodvis vendiderit labore donum:  
 Quisnam quis dubio feratur, ante  
 Virtutis bona providè I E H O V A M  
 Sudorem posuisse, & arduam illuc  
 Callem, sentibus undique esse plenam?  
 At petrosa ubi viceris; decenter  
 Ad supremum ubi veneris cacumen,  
 Vi jam fit via, quæ molesta primùm.  
 Fructus parturit exhibetque fructus

## II

Pro radicibus optimos amaris.

Sic non, felle suo refertus, à te

WENNEMEIERE, labor molestus atque:

Sudor abfuit, usquedum fideli

Darum strenuè iter, gravique curâ

Emensus, decus, inclytos honores

Luce hâc, præmia & ampla sat tulisti.

Restat nil nisi gloriam I E H O V A E

Vt veram tribuas, eique totum

Acceptum referas, quod impetraisti:

Vtariisque piè in tui salutem,

Vtari quoque proximi in salutem:

Sic cum laude vegens eris, dabitque

Majus, quàm quod habes, I E H O V A noster.

*Bernhardus Frencelius Bern-  
burgensis Anhaltinus.*



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded and obscured by water damage and staining.



Be 231

8

Di.

ULB Halle 3  
002 690 756



5b.

VD77









B.I.G.

Farbkarte #13

LVI.

VLATORIA

*tiß. virum*

M WEN-

SCANIEN-

LVSTRI ET

NISS. ELECT.

ICRVM

A

os & honores

ur,

Anno 1604.

ibus.



AE,

Lancelloti.

48

46.

